

Quendam Iohannem si Mercurium vocitamus
 Ictum vicesimum nonum decimum numeramus
 Silvester cum Gregorio Clemensque secundus
 Cum Damasus rutilat Leo post Victorque secundus
 Stephanus hinc novus necnon decimus Benedictus
 Et succedit eis Nicholas in ordine mixtus
 Alter Alexander et Gregorius copulantes
 Victor et Urbanus cum Paschali comitantur
 Gelasium mundo concessit postea Christus
 Cui decedenti successit papa Calixtus
 Honorius cathedram post omnes hos decoravit
 Hinc Innocenti de papam Roma vocavit
 Post Celestinus celesti dogmate functus
 Crismate letitiae fit pre consortibus unctus
 Lucius hinc mundi cupiens obsistere morbis
 Est raptus tali quia dignus non erat orbis

Tertius Eugenius qui nunc prelatus habetur
 Donec vult vivat demum super astra levetur
 Quartus Anastasius post ecclesiam viduavit
 Quam sibi mox copulans Adrianus clarificavit.

Hinc licet irritum papali sede positum
 Scimus et legendum per secula commemorandum.